



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens

Soliloquium Animæ. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

Thomas <von Kempen>

Coloniae Agrippinae, 1682

XV. Commendatur Patientia consideratione utilitatis, laboris momentanei, & mercedis æternæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

TABERNACULIS. 765
serua; & in omni tribulatione &
angustia te ipsum mihi resigna.

Quis tibi nocere poterit, si *1. Petr. 3.*
bonus æmulator virtutis fueris?
Ecce omnes gemitus tui nume-
rati sunt; & tam paruum nihil pa-
teris, pro quo non coronaberis.

In tribulatione positus, me-
mento, quod hæc est via Sancto-
rum, per quam transitur ad reg-
na coelorum.

CAP. XV. *Commendatur Pa-
tientia consideratione uti-
litatis, laboris momen-
tanei, & mercedis
æterna.*

CONSOLARE etiam te ipsum,
quia Christo Jesu Domino
tuo in hoc assimilaris, & gratias
age, si modicum illi retribuere
possis.

Dico tibi, quoniam majoris *Majoris*
meriti est adversa pati, quàm *meriti est*
bona operari. *mala pa-*

Quàm plurimos servos ego vi-
deor habere, sed parum possunt
sustinere. Modica tribulatione
franguntur, pauca contumelia

*ti, quam
bona o-
perari.*

irritantur, levi occasione scandali-
zantur, cito de illata injuria
conqueruntur, multa argumenta
cogitant, quando arguuntur.
Non est ista via bona, sed mihi
& omnibus Sanctis dissimilis
valde.

**Pacem
patientia
parit.**

Iacobi 5.

Quidam etiam dicunt, quia
parvam pacem habent; & ego
dico, quod ideo pacem non ha-
betis, quia patientiam non serva-
tis. Ideo pacem non habetis, quia
propriarii estis, quia carnales
estis, & secundum hominem am-
bulatis. Unde bella & lites in
vobis, nisi ex concupiscentiis ve-
stris?

Joan. 14.

Pacem in presenti vita non
invenietis, nisi in patientia ve-
stra. Quanto quis patientior fue-
rit, tanto majori pace perfruetur.

Joan. 14.

Pacem meam do vobis, non
quomodo mundus dat. Pax mea
in patientia multa; in malorum
tolerantia, in contemptu secula-
rium gaudiorum. Qui enim vo-
luerit esse amicus Dei, sic oportet
eum facere.

Matth. 10

*Non veni mittere pacem in
terram, sed gladium. Pax in terra
gru*

erithominibus bonæ voluntatis; *Luca I.*
 quia non est pax impiis, dicit *Isaia 48.*
Dominus.

Habe pacem in Deo, & non
 cum mundo; pacem non cum vi-
 tiis & concupiscentiis vestris,
 sed pacem contra vitia pugnan-
 do fortiter. Hæc est bona & san-
 cta pax, & acceptabilis mihi.

2. Memento etiam in tribula- **Labor**
 tione tua, quia omnis labor & **brevis,**
 dolor finietur brevi tempore, sed **merces**
 merces erit æterna & copiosa a- **perpetua.**
 pud me in cœlis.

Rursum attende de damna- **Pœnæ æ-**
 tione multorum, quanta erunt **ternæ**
 cruciamenta eorum. Si tam pa- **gravitas.**
 rum modò vales sustinere, quid
 fiet de inextinguibili pœna in-
 fernali?

Infer digitum tuum in flam-
 mam ignis, & forsitan vix tolera-
 re sufficis. Quid ergo erit, si to-
 tum corpus mittatur in gehem-
 nam ignis?

Noli proinde timere eum, qui
 occidit carnem, nec indigneris
 ei, qui flagellat miserum corpus;
 sed time eum, qui postquam oc-
 ciderit, potestatem habet & cor-
 pus

pus & animam perdere in gehennam.

Istud dico time, istud pondera, istud frequenter cogita; & videbis quod nihil est omnis tribulatio tua.

In omnibus igitur mundi prefuris, his verbis consolaberis: *Pacobi 5.* *Pariens esto usque ad adventum Domini, quia finis omnium mox appropinquabit. Transit omnis mundus & concupiscentia ejus.* *1. Ioan. 2.* Qui etiam nihil amat in mundo, levius adversa tolerat.

Pii à
mundo
alieni;

3 Decipiuntur omnes amatores ejus in nihilo confidentes. Sancti verò homines ad æterna præmia anhelant, & exire de mundo citius concupiscunt.

Nil in eo habere volunt, sed thesaurum in cælo sibi reconducunt. Adversa tamen multa sustinent, sed patientiæ armis se defendunt.

Sæpè carere adversitatibus & tribulationibus mallent, sed tamen in omnibus his se manibus meis commendant; dicentes: *Pater fiat voluntas tua. Pater non sicut ego volo, sed sicut tu vis.*

In adversis divini voluntati se submitunt.

Luca 22.

¶

Omnia quacunque voluit Do- *Psal. 134.*
 minus, fecit in caelo & in terra,
 in mari & in omnibus abyssis: &
 ideo nemini contingit adversitas
 sine mea permissione & justa or-
 dinatione.

S. Domine, tu omnia nosti; tu
 scis quid expediat mihi. Ecce
 servus tuus sum ego, fiat mihi se-
 cundum verbum tuum.

Omnia judicia tua vera sunt
 & recta; hunc humilias, & hunc
 exaltas, quia in manu tua sunt om- *Psal. 118.*
 nes fines terræ. *Iustus es Domi-*
ne, & rectum iudicium tuum:
Fidelis es & sanctus in omnibus
operibus tuis: In voluntate tua *Psal. 144.*
cuncta sunt posita, & non est, *Esth. 1.*
qui possit resistere tibi. Tu enim
 fecisti caelum & terram, mare &
 omnia, quæ cæli ambitu conti-
 nentur.

Dominus univerforum tu es; *Ibid.*
 propterea in manus tuas com-
 mendo spiritum meum, quia re-
 demptor meus tu es.

Liberator meus ab inimicis
 meis iracundis, passionibus, & *Psal. 15.*
 vitiis meis; susceptor in tribu-
 lationibus, consolator in angu-
 stiis

stis multis, quæ circumdederunt
me nimis. Domine patientia mihi
necessaria est, patientia defen-
satrix mea.

Dixi *Patientia*, soror mea est:
Paupertati, amica mea: *Humili-*
tati, domina mea & mater mea.

Vos estis omnes dilectæ Do-
mino, & verbis oris ejus benedi-
ctæ. Utinam mihi & omnibus ser-
vis ejus tam gratæ & jucundæ,
quemadmodum illi acceptæ.

Obsecro semel & iterum, ut
permaneatis nobiscum usque in
finem vitæ nostræ; quia securi ad
Dominum veniemus, si vobis-
cum permanferimus.

